





EPITHALAMION  
SCRIPTVM IN GRATIAM DOCTIS  
SIMI VIRI MAGISTRI GEORGII HELMERICI  
Goltbergensis celebrantis nuptias cum honestissima  
uirgine ESTHERA filia grauissimi & pru-  
dentissimi viri MELCHIORIS ZAN  
Senatoris Glogouiensis.

A  
MARTINO KINNERO LEOB-  
schucense Silesio.

CASPA DI V CERVS  
Georgio Helmrico.

Εἰσερεσίον ταῦτός θεός νιός Ιησούς  
γαμέοντι πε γημομένη πε.  
νοις διηρ ἀνθεξηρ ἐιαρίνοισιν  
βεστινθ δσιάστε καὶ ἀγνοιε.  
ἀπιλήν φρεσία γευματίκοισιν,  
Ἐκ βεθ ϕ δοξανθ ἵνα καρπαφω σκ.  
Νύμφεις οεσ ἀρ, δδλ ὄλεισ ω σιδερ δε μέρ  
Δειγ. ψραδεως πεπνυμένη πε γνορ' οερ.  
συ πιντοῖς πγ. πισχω. μ - χι-άλωρ  
ροι γλυκερή ιψη ἀπόσεμα περέει ἀνδή.

VVITTEBER C AE  
S M. D. LV. 7

Doctissimo hinc id fusto  
Hemischo praecceptor si  
obseruando

P I G R A M M A S C R I P T U M I N  
Nuptijs Doctissimi uiri M. Georgij Helmerici  
Silesij, Autore M. Hieronimo Osio,  
Thuringio.

Nuper Leucoream uoua fama uagata per urbem,  
Docte Helmere tua nuncia fortis erat.  
Explicuisse nouum tibi se fœliciter annum,  
Et tribuisse thoro dona petita tuo.  
Eia cui talem hæc pariunt exordia strenam,  
Auspicio fœlix iure sat ipse suo est.  
Nullus adhuc micuit tibi uultu gratiior annus,  
Nullaque spes socij est blandior orta thori.  
Carus eras fateor clarijs Helmere Camoenis,  
Hic modo cura tibi tune erat una chorus.  
Dum te Leucoridis Schola nobiscum urbis habebat,  
Vnaque pransuris mensa duobus  
At nunc (quod poteram tunc diuir us)  
Mens alij Nymphæ se tua tota a  
. Quæ tibi pierijs est carior una puellis,  
Hæ tua sola prius cura fuere licet.  
Vsi, adeo pharetratus amor domat omnia uic  
Et quos non credas uincere posse pri  
-ed quod te fieri uoluerunt fata maritum,  
Deficies clario nil tamen inde ch<sup>r</sup>.  
Pierides, etiam sunt comante puellæ,  
His re grata d si ligat unus amor.  
Hinc igitur uiris fe tempora ceptis,  
Sint preci, stra r gat.  
Principium fœlix mea, felicitus illo,  
Laetaque post Pylij uela finis eat.  
Castus alat puris conco dia pectora flammis,  
Et non ulla seri urgias mittat amor.  
Vos regat æthereo del e sus spiritus astro,  
Vnanimiq; dur turgat amc pccor  
Augeat et tenera cito uestros prole penates  
Cum qua se pedomi ludat uterque parens.



2207601

EPITI ALAMION  
SCRIPTVM DE NVPTIIS DO-  
ctissimi uiri M. Georgij Helmerici  
Goltbergensis etc.

DUlcia quæ Cadmo cecinistis uota camœnæ  
Cum sibi consortem iunxit amore Deam;  
Nunc eadem sumpto percurrîte barbita plectro,  
Omina fatidicis ædite fausta modis.  
Tuque chori ductrix E R A T O, quæ præses amantum  
Nobile pacifici nomen amoris habes:  
Huç age desertis allabere Phocidos aruis,  
Et cane legitimo prospera uota toro.  
Dicit enim multa præstantem dote puellam,  
HELMERICUS uestri portio magna chori.  
Qua iacet Elysij turrita Glogouia campis,  
Piscifer ac lenti; odera uergit aquis.  
Nunc age rumpe moras uiridique nitentia lauro,  
Serta para, tanto serta paranda uiro.  
Mox pete mox cursu uicina Silesidos arua,  
Et loca quæ tumidis alluit Odra uadis.  
Mœnibus at cinctam cum forte subiueris urbem,  
Hausta tibi lætos perferet aura sonos.  
Concaua nam multo resonabunt Tympana pulsu,  
Dulce canent motæ fila sonora lyræ.  
Pe*re* fora, per uicos, per compita curret in urbe,  
Læta puellarum læta caterua uirum.  
Mænades ut quondam celebrantes Orgia Bachi:  
Per sua diffusis colla ruere comis.  
Mox glomerata petet præcinctas frondibus ades,  
Pangit ubi gratum turba canora melos.

A;

Hinc

Hinc bene culta strepent festii choreis;

Inde uorax pingui flamma crabit humo.

Hinc nitidis cernes apponi fercula mensis,

Inde popinales frusta secare cocos.

Talia quid referam; dubios tu dirige gressus,

Qua tib. præcurrens turba notabit iter.

Tunc erit ut subeas uario resonantia plausu

Tecta, quibus dulcis uota sonabit Hymen.

Fallor; an incompta lustrabis ueste penates;

Hospes ubi Tyria sindone tectus adest;

Fallor an inflatus te pellet sedibus hospes;

Auersoq; tuos respuet ore sonos;

Nam tibi purpureo non splendet corpus amictu;

Non tibi fragrantí fumat odore coma.

Quò ruis; argutos metuís quin anser olores;

Multa dabunt pueri uerber multa senes.

Multa tibi mordax asperget crímina Momus,

Allinet ac fronti tetra uenena tuæ.

Hæc tibi sunt quamvis magnos paritura dolores,

Tu tamen informi limina tange pede.

Protinus attonito miraberis agmina uultu;

Præstantesq; uiros fœmineumq; decus;

Inde choros iuuenum Tyrius quos uelat amictus,

Ad sua quos nitidus iura uocauit Hymen.

Pars ibi Lignitijs allapsa moratur ab oris,

Pars iwi Chrysoreo uictitat orta iugo,

Aspice fac recto præsentem lumine turbam,

Forsan erit quisq; qui tibi notus erit.

Culixina qui uestri lustrauerit ardua montis,

Ac sua Gorgonee inxerit ora lacu,

Magnus adest casto gratans FRIDL ANDVS amori,

FRIDL ANDVS uestri gloria suinma gregis.

Qui

Qui sacra Cygnia modulatur carmina uoce,  
Hinc ubi Chrysoreos Cattus oberrat agros.  
Hoc duce stat docto suffulta Silesia coetu,  
Crescit adhuc tanto fausta iuuenta duce.  
Eius ob hoc latum clarescens fama per orbem  
Solis obit geminas non moritura domos.  
Doctus adest illic celebrans conuiuia TABVR  
Iure tenens docti nomina clara uiri.  
Cui soror Vranie, Charites facilesq; Napeæ  
Florida Pierio ferta dedere iugo,  
Deniq; Palladiæ non infima gloria gentis,  
Blanda sonans Misis carmina I V S T V S adest.  
Musica cui largas afflarunt numina dotes,  
Eius ut Aonius stillet ab ore liquor.  
O tria chrysoreo radiantia lumina colle  
Sydera mox inter host habitura locum.  
Hos affare uiros dabitur si copia fandi,  
Faustaç; libmiso uota precare sono.  
Sic ubi te mordax latrantum supprimet agmen  
Hos quoq; uel modicam ferre decebit opem.  
Totaç; festiuæ cum uideris agmina gentis  
Semideosq; uiros, semideasq; nurus.  
Ex reliquis sese primoribus inferet unius  
Se quoq; uirgineo proferet una choro.  
Ille niter claro ceu fixus in æthere Phœbus,  
Cætera qui radijs contegit astra suis.  
Illa nitet rectrix ceu pleno Cynthia cornu  
Söl ubi purpureos æquiore mersit equos.  
Ille uicem Sponsi, Sponsæ gerit illa pudicæ,  
Illa uiri coniunx, ille maritus erit.  
Huic sua fatales cecinere Genethlia Parcæ  
Qua rigat auriferum Cattidos unda.

Palladis heu multos ibi Castra fuer<sup>e</sup> per annos,

Pars ibi de uestro floruit am<sup>r</sup> la grege.

Quodq<sup>z</sup> neges, uestris est terra simillima terris,  
Dixeris Aonio tecta locata solo .

Nam uelut in uestro sunt bina cacumina monte  
Ad latus ut colles occupat Ascrasuos;

Sic ibi mons gemino turgescit colle lycæus  
Ad latus est doctis urbs bene culta uiris.

Vtq<sup>z</sup> domos uestras Permessidos alluit unda  
Ad iuga sic Catti labitur unda sono.

Illic Chrysorides cecinerunt blanda Camoenæ  
Carmina, nec paucis dona dedere uiris.

Fluxit eò præceps allecta Silesidos ora  
Multaq<sup>z</sup> Sarmaticis abdita turba locis.

Fallor an & lapides & bruta parentia mente  
Illuc Threicis mota ruere sonis ?

Signa fidem uerbis facient, uestigia lustres,  
Inuenies lycio Saxa uoluta iugo .

Gratia FRIDL ANDO, uestra qui missus ab arce  
Chrysoream tanta condidit arte Scholam .

Vnde tot emergunt docti, quot machina Graium  
Armatos phrygia fudit in urbe uiros .

Orpheo ceu Rhodope, iuga ceu Parnasia Phœbum,  
Sic ea FRIDL ANDVM iactitat ora senem .

Illa sed inuerso currentibus ordine fati  
Nunc iacet & dotes condolet orba suas .

Heu mihi quot clades, quot damna, quot hastenus  
Sustinuit, solitum uix habitura decus. (hostes

Alma Ceres furibunda famem dispersit in urbe  
Nollet ubi clauso reddere grana solo .

Mars seruit pesti, contagia, Deniq<sup>z</sup> cunctas  
Stulit. Mulciber igne domos .

Etsi

Nunc

Nunc sua Catticolæ fugiunt habitacula Nympnæ,

FRIDLANDVS dubijs uictitat exul agris.

O pia quassatæ succurre Silesia genti,

Et sua Chrysorides transfer in arua Deas.

Hæc tibi nunc Erato memoranda putarimus, ista

Cum Sponsus patrium ducat ab urbe genus.

Quid memorem uaria celebres uirtute parentes?

Quæue quibus tandem stemmata ducat auis?

Magna quidē matris sunt stemmata, magna parentis,

Vtraq; Slesiaco clara sub axe domus.

Quem lateat uiuax HELM RICI fama GEORGI

Qui clarus celebri ciuis in urbe fuit?

Quem tibi si iusto cuperem describere uersu,

Mæonidis cuperem pandere uatis opus.

Doctus erat, sacras coluit nam corda per artes

Chrysorea doctam rexit in urbe Scholam.

Publica sustinuit patriæ moderamina gentis

Consul enim, donec fata peregit, erat.

Tota uiri tanti creuit Respublica ductu,

Vrbis ab hoc uno grande pependit onus,

Quanta uiri pietas in quosuis, quanta loquelæ

Gratia, Neleidi uix tribuenda duci.

Quoq; fuit Ionathæ coniunctus foedere Dauid,

Hoc quoq; FRIDLANDO iunctus & ille fuit.

Restat ut & busto gemini iungantur, & una

Relliuias gemini funeris urna tegat.

Singula quid tanti referam monumenta parentis?

Est aliquid claris ducere germen auis.

Hoc patre cum Sponsus primos sibi uendicet ortus,

Vtraq; dilecti nomina patris habet.

Inde refert charum cum re tum nomine patrem,

Nec minus est patriæ, quam fuit ille, decus,

Nam

Nam sua perpetuis ornauit pectora donis,  
Largius & uestris guttura mersit aquis.  
Blanda nouenarum sectatus castra sororum,  
Quà uagus Arctoam permeat Albis humum.  
Quæ simul Catti rauco fluit unda susurro,  
Et quà Marchiacos odera transit agros.  
Ilic uernantis transegit tempora uitæ  
Ac sibi uituras arte parauit opes.  
Cætera sint quamuis flammis uictricibus hausta  
Hæc bona non ullo sunt peritura situ.  
Sedulus euoluit preciosa uolumina uatum,  
Quicquid habet latium, Græcia quicquid habet,  
Doctus ob hoc callet uariæ discrimina linguae,  
Dulcia nam uario uerba tenore sonat.  
Nouit & ambiguo labentia sidera motu,  
Iunctæ parrhasio percipit asira polo.  
Astra sub extremo radiantia culmine, Phœbo  
Quæ latent, quæ latente nitent,  
Scit uaga cur uario uoluantur lumina cursu  
Iam propiora polo iam propiora solo.  
Tardius æstuum peragret cur Cynthius arcum,  
Oppositum celeri curue pererret equo.  
Cur modo sublimes, humiles modo deferat ignes,  
Cur careat radijs lumen utrumque suis.  
Humida cur uario niteat Latonia cornu,  
Curue maritales Cynthia ducat equos.  
Filia cur multo niteat Thaumantis amictu,  
Cur eadem subitas procreet Iris aquas.  
Vnde procellosi generentur flamina uenti:  
Vnde trahant ortus fulmina dira suos.  
Cur pluuias æstu, niueas cur frigore plumas  
Aer alat, crincs unde cometa trahat.

Nouit

Nouit & humano dominantia corpore membra,  
Pabula quæ recoquunt quæue reco<sup>ta</sup> uehant.  
Vnacq; diuersum generet cur massa fluorem,  
Quosue sua motus excitet arte fluor.  
Quam sibi mens sedem, rapidus quam uendicet ardor  
Quid per diuersos transferat ossa locos.  
Abdita perpetuo caleant cur uisera motu,  
Aera cur certa dentq; petantq; uice.  
Cur duo perpetuo iungantur foedere uasa,  
Grataq; fraterni signa fauoris alant.  
Sed tibi tot uerbis teretes quid tundimus aures?  
Hæc tibi sunt uiso nota futura uiro,  
Namq; prius Lycio dispersa cacumine Saxa,  
Quam numerem Sponso dona tributa nouo.  
Hinc sua uicturis inscripsit nomina Cedris,  
Namq; uiri docti nobile nomen habet.  
Quodq; probes recto cœlestia dogmata sensu  
Nouit, & ardentí seruit amore Deo.  
Prælucente fide cœlestis gaudia uitæ  
Accipit, inq; tua Christe quiescit ope.  
Grata suræ fidei declarat signa subinde,  
Vota Deo uero corde profecta sonans,  
Quippe suum placidè cuiuis testatur amorem,  
Seruijt hinc patriæ non sine laude Scholæ.  
Sensit eū magnus Comitem FRIDLANDVS Achatem.  
Dum stabat ueteris fulcra decora Scholæ.  
Nunc ubi cunæ a iacent rapidos collapsa per ignes,  
Lignitiæ cepit fræna regenda Scholæ.  
Ille suas æquo iam perfert pectore clades,  
Sint licet in cineres cuncta redacta suos.  
Non fremit & uicta succumbit mente dolori.  
Sed uincens & ouans spe sua damna leuat.

magis uincat, speciosam fronte puellam  
Elegit, & thalamo gaudet habere suo.  
Hæc tibi cum multo memorarim carmine Musa,  
Spero tibi notum signa per ista fore.  
Si tamen ignoti spectes quoq; corporis artus,  
Forsitan id præstans arguet oris honos.  
Blanda tibi uultus occurret blanda loquelæ  
Gratia, proceri corporis inde decus.  
Vestis erit multo miranda nitore, manumq;  
Cinget inaurato gemma sepulta toro.  
Circumfusa cohors ruet hinc, ruet inde per ædes,  
Ut uideat uultus Sponse decore tuos.  
Sic tibi concepta notescit imagine Sponsus,  
Hyic sua quò tandem tradere ferta queas.  
Aspice nunc multa stipatam uirgine Sponsam,  
Eminet hæc uarijs nobilitata bonis.  
Posce genus clarum, formæ præstantia posce  
Dona, parem claro dixeris esse proco.  
Edita patricio nam sanguine claret in urbe,  
Clarius hoc nullum restat in urbe genus.  
Magna patris uirtus pietas, doctrina fidesq;  
Ingenti totam tollit honore domum.  
Ergo nec immerito patriæ moderatur habenas,  
Atq; gubernandæ sustinet urbis onus.  
Illa decus patrium propria uirtute tuetur,  
Ac sua conforini stemmata fulcit ope.  
A teneris assueta Deo seruiuit, & omni  
Tempore uirgineum casta peregit opus.  
Nomen habet ueri non expers omnis E S T H E R,  
Pingitur hoc ipso recta puella sono.  
Sedula quæ uiri patrioq; recondita tecto,  
Dulce decus salutæ uirginitatis amans.

Hæc

Hæc quoqe tecta, carens uistis, & criminis expers,  
Congrua non falsis nomina rebus habet.  
Abdita nam patrijs bene uixit in eðibus, unde  
Conscia uirginei signa pudoris habet.  
Nomina Iudeæ cum re sic exprimit E S T H R A Æ,  
Nobilis Arsacidæ quæ ducis uxor erat.  
Aurea quid memorem præstantis munera formæ,  
Vincit enim Momo iudice quasqe Deas.  
Candida turgescunt suffusa ruboribus ora,  
Ceu rosa spumigenæ tincta cruore Deæ.  
Quid niueos referam digitos? quid eburnea colla?  
Vnica uirgineis eminet E S T R A choris.  
Mœnalis arctoum quotquot uidet ursa per axem,  
Quotquot alit Viader, Bobera quotquot alit.  
Digna uiro tali coniunx, uir coniuge dignus,  
Ille suæ Nymphæ competit, illa proco.  
Ambo pares generis fama uirtutibus ambo.  
Et memorab ilibus claret uterqe bonis.  
Mutuus ergo duos cum copulet ardor amantes,  
Tu quoqe fausta pio uota precare toro.  
Hinc Amaranthæ connexam flore coronam  
Ad sacra Cephisi flumina, trade uiro.  
( Altera florilegis nam cepit ferta Napæis )  
Talia mox flexo subiçce uerba pede.  
Salue Sponse recens ô sponsa nouissima Salue,  
O duo quos casto iungit amore Deus.  
Grata Deo res est homines ratione creatos,  
Consimiles aliqua uiuere parte Deo.  
Cumqe sit is castus uetitoqe nec æstuet igne,  
Hoc decus humanum pectus habere iubet.  
Nam sibi conformem cum finxit imagine gentem,  
Primaqe mortali tradidit orsa gregi:

B ij

Men-

Mentibus impressit diuinæ semina mentis.

Atq; sua iussit uiuere lege suos.

Victaq; ne rapido succumbant pectora motu;

Et laxent flammis fræna petita suis.

Dulcia constituit socialis foedera lecti,

Vnus ut in geminis mentibus esset amor.

Integra quo casti seruentur iura pudoris,

Et rata sint humili uota relata fide.

SALVE Sponse recens ô Sponsa nouissima SALVE,

O duo quos casto iungit amore Deus.

Magna decent uestras laudum præconia tædas,

Castus ubi uestro pectore flagrat amor.

At Deus his ceptis aspíret amoribus author,

Ac bene coniuncti prouehat orsa thori.

Sic bene sponse tibi, tibi sic bene sponsa secundet

Cepta Deus, facitis dum sua iussa Deo.

Dum uaga lasciuæ fugitis confortia uitæ,

Qua sathan immundas gaudet habere domos.

Legitimo uestras frenatis & ordine flamas,

Quem Lex prima Deo sic statuente dedit.

Quo Deus agnosci, recoli, sibi uota referri,

Quo uult effusas pondus habere preces.

Ista suæ mentis manifesto prodidit ore

Signa, uoluntatis prodidit ista suæ.

SALVE Sponse recens ô Sponsa nouissima salue,

O duo quos casto iungit amore Deus.

Fausta precor uobis sint foedera, quæ Deus ipse

Sanxit, & his castum se probat esse Deum.

Cedite mendaciurgentes carmine uates:

Castus an impuro carpitur igne Deus?

Induit an niuei fallacia cornua tauri?

Aureus an molles occupat imbre sinus?

An uines

An niueas plumbas niuei sibi sumit oloris?  
Aut sibi mentiti uendicat ora uiri?  
Non ita, non tali feruescit amore, potestq;  
Nil Venus in castum iuris habere Deum.  
Odit enim turpi raptata libidine corda,  
Castaq; perpetuo castis amore fouet.  
His bona sublimi largitur munera cœlo,  
Hæc finit attractis mersa perire malis.  
Obuia quod uiuis testantur damna querelis,  
Tota quibus patrij fluctuat ora soli.  
Idq; probant multis antiqua uolumina factis,  
In scelus ultrices numen habere manus.  
Succubuit uasto demersus in æquore mundus,  
Creuit ubi uitijs tetra libido suis.  
Quinq; suis uersæ perierunt cladibus urbes,  
Sustulit immundas iudicis ira domos.  
Exul erat David, patrium petit ense cruxorem  
Filius, admissum soluit uterq; scelus.  
Gens inimica Dei uictoricibus occubat armis  
Benlamin, & multo sanguine stupra luit.  
Deniq; per totum circumfer lumina mundum  
Ipse quibus cunctis lumina pascat habet.  
Ecce iacent Thebæ, iacet altæ gloria Spartæ,  
Ora iacet Priami Cecropis ora iacet.  
Vix ubi sunt ueteris cinerosa cadauera terræ,  
Vixq; manet tanto nominis umbra loco.  
Sæuit in obscoenas ultrix fortuna cohortes,  
Quotquot in hoc feruens crimen adegit amor.  
S A L V E Sponse recens ô Sponsa nouissima salue,  
O duo quos casto iungit amore Deus.  
Ponite tristitiam uestro fauet æquus amori  
Cum quoq; consimili flagret amore Deus,

caret tritio, uitium sic punit acerbe,  
fera testantur facta relata modo.  
quis es o hominum flammantes reprime motus,  
Sanctaç præsentis iussa uerere Dei .  
Qui tua uult castis ardescere pectora flammis,  
Nec pia legitimi spernere iura tori .  
Ille Deus uastas qui cladibus opprimit urbes,  
Aequat & inculto ditia regna solo:  
Te quoç legitimis astringit amoribus, ipse  
Castus enim casta uult pietate coli .  
Vult geminum sancto connecti foedere corpus,  
Atç suam casta crescere prole domum .  
Cœlibe nec uita (ceu tetro cincta cucullo  
Turba facit)uetiti s'nen amoris ali.  
Heu furor est sancti contemnere foedera lecti,  
Atç Deo uetitis uelle placere toris .  
Scilicet æterni sic dona petuntur Olympi,  
Scilicet hoc cœli tramite constat iter.  
Si nisi quos mendax operis fiducia saluat  
Nemo beatus erit: Nemo beatus erit .  
Salue Sponse recens o Spensa nouissima Salue ,  
O duo quos casto iungit amore Deus .  
Ecce placet Domino uestræ coniunctio uitæ ,  
Vos igitur curæ quis neget esse Deo?  
Gratulor hæc uobis fautrici commoda mente ,  
Legitimumç thorum, propitiumç Deum.  
Parta quies uobis fractus licet irruat orbis,  
Plaudite; nam uobis elt modo parta quies .  
Corda gerant alij tetricis obnoxia flammis ,  
Cœlibe dum carpunt gaudia uana toro,  
Sæuacç multiplici cumulent sibi damna dolore,  
Ardet ubi uindex iudicis ira Dei:

Dulcia

Dulcia legitimæ uos carpite gaudia uitæ,  
Vnius ac certa uiuente sede tori.  
Mentibus & castis diuina capessite iussa ,  
Sufficiat uobis posse placere Deo.  
Quod superest grati partas agnoscite dotes ,  
Et sua cœlesti soluite uota patri .  
Tuq; tori sociam grato complectere corde ,  
Nosce tibi partum Sponse uenuste bonum.  
Ante tuæ quamuis fuerit sors aspera sorti,  
Quando tuas uictrix flamma subegit opes:  
Cuncta tamen rursus tibi rident omne fausto ,  
Iamq; redit maius quam fuit ante bonum .  
Ecce Deo dulcem nunc suscipis auspice Sponsam ,  
Ac subit amplexus casta puella tuos.  
Quæ tibi mœstificis exoluet pectora curis ,  
Et solitam blando leniet ore crucem .  
Hac socia mœsto cedent tibi nubila uultu ,  
Hae socia ueteres mox reparabis opes:  
Hac socia dulci crescent tibi germina lecto ,  
Filioliq; pīj filiolæq; piæ .  
Hæc socia pleno crescat tibi copia cornu ,  
Spe modo damna leuians pristina fide Deo .  
Fide Deo, pectus nōdaci bus exime curis ,  
Sis patiens, grates ferq; referq; Deo .  
Vtq; Dei na'is sibi partam sanguine Sponsam  
Diligit, & in corde ministrat opem:  
Sic tibi perpetuo Sponsæ cor flagret amore ,  
Sit tibi cura tui in tibi cura tuæ .  
At tu præstanti noua nupta futura marito  
ESTHRA, tibi socio grata fruare uiro.  
Solute Deo grates & castum nosce maritum ,  
Viue Deo, capitî uiue deinde tuq; .

Sic

Id Cum ex numerentur facula tratis,  
Sic tibi sint nullo uota caduca modo.  
Salve Sponse recens ô Spensa nouissima salue;  
O duo quos casto iungit amore Deus.  
Vivite dilecto sociate foedere mentes,  
Ac dominum puro corde timete Deum.  
Aurea sic uestris florebit gratia tædis,  
Stabit & unanimi pax bene fulta toro.  
Dulcia sic fausto ducetis pignora lecto,  
Clareat ut uestrum tempus in omne genus.  
Hæc eadem ueteres tibi uota precantur amici,  
Leucorea Phœbum quotquot in urbe colunt.  
Vtpote Ramsbeccus Bilibaldus, & Osius inde,  
Dulce cui noster dictat Apollo melos.  
Deniq; Sybetus, Fulland & carminis author,  
Quos potes alterius fratris habere loco,

Hæc ubi facundo mandata peregeris ore,  
In tua festino tecta recede gradu;

Pro memoria temporis quo celebratæ sunt nuptiæ  
faciebam hoc distichon.

Sol Vbi Vllebat flvviales Vertice plsces  
HelMerici sVbllt Virgo Venusta toros.

F I N I S.

2207607

